12.16.g 28.

DEFENSORIVM PETRI POMPONATII MANTVANI

48

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI/ ET DOMINO SVO COLENDISSIMO LAVRENTIO de Fliſcho: Montiſregalis Epiſcopo: ac Bononiæ prolegato Apoſtolico. Petrus pomponatius Mātuanus Fœlicitatē.

m OS FVIT Maioribus noſtris/mea quidem Sētētia non improbandus: Antiſtes Sacroſancte: ſolemnibus Natalitiis: ut Clientes/qui non ingrati haberi uellent: Dona Patronis: pro facultate mitterent. His preſertim/ a quibus beneficia recœperūt inſignia: quoniam authore Ariſtotele: qui reperit benefitia: reperit compedes. Hoꝝ ego ſequutus inſtitutum. Princeps ornatiſſime: ꝓ munuſculis uulgaribus: hanc noſtram defenſionem/ Monumētum obſeruātiæ in te meæ: Nomini tuo dicare cōſtitui. Quid.n. iuſtiſſimo Principi/& litteratiſſimo: potius & aptius donum: quam iuſta defenſio/& ingenioꝝ paleſtra: poteſt offerri? Accedūt benefitia in me: a Celſitudine tua: affluenter/ copioſeq; collata: quibus/& ſi repente Midas euaderem: ſoluendo non ſim. Tu me ægide Palladis/& Aiacis clipeo ꝓtexiſti: nihilq; quod honori/ emolumentoq; meo conduceret/ miſſum feciſti. Voluiſtiq; ut tot beneficiis obrutus: propter tenuitatem meam: ingratus uiuam: & moriar. Et quoniam Platonis præcepto monemur: ne quid edamus: quod non ſubeat æqum iudicis examen: uolui ut hæc noſtra qualiacūq; his Saturnalitiis feriis euigilata: primum in manus tuas ueniant: qui ſcis ueꝝ a falſo diſcernere: ſub cuius umbra laurea: feſtiua pace lætus: & ab omni inuidia ſecurus exultē. Et Cōſeruatori meo gratis hymnis applaudam. Vale æternum fœlix: Petri Clientis nō imemor. Bononiæ. x. Iannarii.

M.D.XIX.

❡PETRI POMPONATII MANTVANI DE FENSORIVM/SIVE RESPONSIONES/ AD EA QVAE AVGVSTINVS/NI PHVS/SVESSANVS/ADVER/ SVS IPSVM SCRIPSIT: DE INMORTALITATE ANIMAE.

Procemium

VONIAM POST APOLOGIAE NOſtræ
q Editionem:in qua ad ea reſpondi:quæ opini
oni noſtræ ad mentem Ariſtotelis precíſe/de
animoꝝ ímortalitate aduerſabantur:denuo nõnulli
tractatus:ad manus noſtras peruenerunt:in quibus/
Alii cõuitiis/Alii rationibus:non minus eandé opini
oné noſtrã:eradicare cõtendunt. Veꝝ cũ ad conuitia
reſpõdere.fœminaꝝ/ ac plebeoꝝ moré eé duxerim.
Ideo illis omiſſis dũtaxat ad illos/qui rationibus cer/
tant:iteꝝ reſpondere propoſui. Inter quos eſt Cele/
berrimus Philoſphus Auguſtinus/Niphus/Sueſſa/
nus/qui quendã ſingularé tractatũ:aduerſus noſtrũ
cõpoſuit:ideo mihi uiſum eſt/ad tãti philoſophi ob
iecta reſpõdere. Quod ſi eis ſatisfecero/ut deſidero:
cœteros plebeos:& nullius pretii uiros : minime me
infeſtaturos ſpero.Propoſitũ igitur negotiũ deo ad/
miniculante aggrediar.

Caput primũ:in quo reſpondeť ad ea/quæ in ſui
libri Capitulo primo/continentur.

N hoc primo ſuo capitulo in tribus nos
rephendit.Primo nos nõ obſeruaſſe ꝑ/
i cepta Ariſtotelis:qm̃ diſputaturi de im
mortalitate aiæ:nulla premiſſa diſtincti
one/de anima ipſa:ſtarim ad ipſam hu/
manã deuenerimus:cũ tamen nõ oĩs anima humana
ſit:quare Ariſtoteles arguit antiquos:ſolũ de huma/
na aia tractantes.Obiicit & ſecundo/ꝙ cũ de humani
animi imortalitate/tractare ꝑponimus:dũtaxat Ari
ſtotelis mẽtioné facimus : ꝑtermiſſis Theophraſto/
Eudemo/Socrate/cœteriſq; inſignibus uiris:& pre/
ſertim Platone:qui ubiq; latinus habetur.Quare de
negligentia accuſandi ſumus.Tertio/ꝙ uanum & ſu
perſtitioſum eſt/in uia Ariſtotelis/talé mouere que/
ſtionem:quãdoqdem Ariſtoteles de hoc nihil deter/
minate dixerit : uariuſq; habeať:ut ipſe ꝑ multa con
tendit oſtendere : nunq̃ Ariſtoteles mouerit hanc
queſtioné:ſub tali titulo : imo & pariter dicendũ ui/
detur/de Platone:teſte Pamphilo/Euſebio/hæc ille.

Ad quæ nos reſpondentes/dicimus:ꝙ quanti ſint
iſte reprehẽſiones:reſpõdendo patebit. Ad primũ.
itaq; dicitur / nos canoné obſeruaſſe Ariſtotelis:qm̃
& i ꝓemio noſtri operis / reddẽtes cauſam ſuſcepti
laboris dicimus : Vt petitioni amici ſatisfaceré:qui
me rogauit/ut ſententiã meam ſibi aperiré:uidelicet
quid ſenſiſſet Ariſtot.de animi humani imortalita/
te.Nõ minuſq; in capite primo/ad eundé me deter/
mino:cũ dicã hominé eſſe ancipitis naturæ. Quapp
nulla erat opus diſtinctione:neq; noſtri ꝓpoſiti erat/
uniuerſaliter de aia tractare:cum amicus noſter non
quereret a nobis hoc:tum ẽt qm̃ infinita extãt uolu/
mina de anima:in q̃bus abũde de ea tractať: magiſq;
ambitioſum eſſet/q̃ utile:qñquidé moderni ſcripto/
res:uerius ſint relatores q̃ compoſitores:ueriuſq; pa
riant cõfuſioné:q̃ diſtinctioné. Ad ſecũdũ obiectũ
dicimus : nos doctrinæ & non ambitioni ſtuduiſſe:
quare breuius q̃ potuimus / menté philoſophi colle/
gimus:ſupflua reſecãtes : & neceſſaria nõ omittẽtes
Quapp nõ de negligẽtia accuſandi : ſed de breuitate
& luciditate laudãdi ſumus. Tertia aũt obiectio in
ominbus claudicat. Primo nãq; contra ſic dicentem
militat:i toto.n.hoc ſuo grauiſſimo tractatu/prædi/
cat/& concludit/apud Ariſtotilé & Platoné/nõ fuiſſe
ambiguũ:an humana aia remaneat poſt morté : qm̃
inumeræ ab eiſdé adducunť firmiſſimæ demõſtrati
ones:illud probantes:quas dictus contradictor infra
adducit.Quomodo igiť uir iſte grauiſſimus dicit:ꝙ
nihil certi ab ipſis accipi põt? Præterea/falſum acci
pit.ſ.hanc queſtioné ab Ariſtot.necubi fuiſſe ꝑtracta
tam/ſub hoc titulo:qm̃ iſtud maxime inq̃rit i tertio
de aia:ibi.n.demõſtrat ipſum itellectum eé imixtũ/
& ſepatũ a materia:ueꝝ hæc cõuertunť:uidelicet ſe/
paratũ & imortale:nã quale ſeparatũ eſt:tale imorta
le eſt:& cõuertiť.Secundo quoq; de generatione ani
maliũ/ capite tertio/quærit / An extrinſecus ueniat/
uel nõ:hoc aũt eſt mediũ propriũ/ad cognoſcendam
eius imortalitatem. Veꝝ quod dicit:uanũ eſſe & ſu/
pſtitioſum : quærere ad menté Ariſtot.an anima ſit
imortalis:qm̃ Ariſtoteles nõ ſibi conſtat in hoc quæ
ſito:neq; ex intentione mouet iſtam queſtioné:certe
præter hoc/ꝙ falſum dicit:ut oſtendimus:hoc ẽt eſt
cõtra ipſum:Et ratio hæc/concludit oppoſitum eius
quod intẽdit:eſt.n.cõtra ipſum. Primo qm̃ ipſe hoc
etiã quærit in hoc ſuo libro:& determinat/ꝙ Ariſto/
teles demonſtratiue probauit aiam eſſe imortalem:
quod repugnat alteri ſuo dicto. Et ut patet i eodem
ſuo libro/ipſe uult idagare inumeras queſtiones:de
ſtatu animæ poſt morté:ſecundũ Ariſtot.de quibus
ut ipſe fateť:nunq̃ Ariſtoteles aliquid dixit:ergo lon
ge maior eſt ſua temeritas/& uanitas/q̃ noſtra:cũ de
imortalitate:de qua nos quærimus:multa ẽt ſecũdũ
ipſum:reperiantur dicta ab Ariſtot.Hæc ẽt ratio(ut
diximus)concludit oppoſitũ:qm̃ ſi dubiũ de imor/
talitate aiæ:eſſet pſe quæſitũ & terminatũ ab Ariſto
tele:res eſſet certa apud ipſum Ariſtot.uanũq; eẽt in
quirere:quid uoluiſſet Ariſtot. Nã de re manifeſta/
& terminata:non oportet quæreť.Quare/ſi ſparſim
dixit:& non terminate : manifeſte hoc uertiť in du/
bium:eſtq; difficilis cognitionis:ueꝝ queſtiones cir
ca talia uerſanť : in hoꝝq; deciſionibus cognoſcitur
ingenii excellentia:nullius.n.pretii habereť qui dice
ret Ariſtotelé ſenſiſſe dari materiã primã : cũ iſtud/
ipſum ſenſiſſe apertũ ſit.&c.

Caput ſecundum/in quo reſpondetur ad obiecta
contenta in ſuo ſecundo capitulo.

N SECVNdo ſuo capitulo/dicit nos ponere
i humanũ animum eſſe medium inter mate/
rialia & imaterialia:& cum hoc ponimus ip/
ſum eſſe ſimplr̃ materialé. Inquit igitur/hæc inuicé
pugnare : qm̃ ſi ſimplr̃ humanus aius eſt materialis:

eſt igiẛ eductus de potẽtia materiæ: quare cũ aĩa ſit: oẽs igiẛ potẽtias hẽt organicas: nihil igiẛ cum ĩmate rialibus cõmunicat: qm̃ fieri nequit / ut immateriale omnes potẽtias & operatiões habeat organicas: non igitur medius eſt inter materialia & ĩmaterialia: qñ quidẽ nullã potẽtiã uel operationẽ habeat: nõ organi cã. Adiũgit ꝙ / ſi humanus aĩus uel hõ debeat eẽ me/ dius ĩter materialia / & ĩmaterialia: duas ĩ hoĩe neceſ ſe eſt ponere aĩas: ueluti poſuit Plato: quaꝝ una eſt ĩ materialis .ſ. intellectus / ſiue rõnalis: altera uero bru talis. Nõ itaqꝫ res ſe habet ut nos ponimus. hæc ille. Ad q̃ dicimus initiũ abultimo facientes: ꝙ an Plato multas aĩas in hoĩe poſuerit ſecũdũ rẽ diſtinctas: nõ eſt pñtis iqſitiõis. Multi nãqꝫ arbitrãẛ ꝙ ſic: & multi arbitrãẛ ꝙ nõ. Marſilius. n. Ficinus ĩ argumẽto ĩ quar tũ de repub. pſeuerãter hoc negat de Platone. ueꝝ ut dicit. Auguſt. capite quarto octaui de ciuitate dei: ĩ re bus difficilibus. difficile eſt ĩtelligere qd ſibi Plato uo luerit. Sed quod in preſẽti nobis expedit ẽ: ꝙ dicẽtes hominẽ eſſe nexũ materialiũ & ĩmaterialiũ: mediũ ꝙ inter ipſa: nõ ideo poſuerũt hoc: qm̃ hõ ipſe duas habeat aĩas: quaꝝ una ſit mortalis: & altera ſit ĩmor talis: ſed qm̃ rationalis ipſa ſola neqꝫ cũ alio addito: ſit talis diſpoſitiõis: nã dicit ipſam eẽ creatã in umbra intelligẽtiæ: ut diciẛ in libro de cauſis: uel ĩ orizonte æternitatis: ut dixit yſaach: quod qdẽ ſic ĩtelligiẛ ab oĩbus expoſitoribus: uidelicet ꝙ ipſa aliquas habeat potentias ĩmateriales: utpote ĩtellectũ & uolũtatẽ: re liquas uero materiales: ut eas q̃ ſequũẛ gradũ uegeta tiuũ / & ſẽſitiuũ ueꝝ & ĩter hos ſic cõuenientẽs / eſt dif ferẽtia: qm̃ aliq arbitrati ſũt ipſã eẽ uere ĩmaterialẽ / & ĩmortalẽ: & ſecũdũ qd mortalẽ & materialẽ: ut le ges & ueritas expoſcũt: & noſtra fides cõfiteẛ. Alii ue ro ecõtrario. ſ. ſimpliciter mortalẽ & materialẽ: ſecũ/ dũ qd uero ĩmortalẽ & ĩmaterialẽ ut pipathetici uo/ luerũt meo iudicio. Secũdũ itaqꝫ leges / & ueritatẽ: nõ ſeqẛ. Aĩa ẽ ſimplẛ ĩmaterialis & ĩmortalis: ergo nul las hẽt potẽtias mortales & materiales: qm̃ ex eo ꝙ ẽ ĩſima ĩtelligẽtiaꝝ: ut ſcribit Auer. ẽt: multũ tñ ptici pat de materialitate. Quare multas hẽt potẽtias ma teriales: nõ. n. ſimpliciter diciẛ ĩmaterialis: qm̃ per fe/ ctiſſime ſit ĩmaterialis: ueluti aliæ ſupiores: ſed qm̃ ipſa ſecũdũ ſubſtãtiã æterna ẽ: neqꝫ educta de potẽtia materiæ: quare pempto corpore: ipa nõ pimiẛ: licet habeat multas potẽtias materiæ ĩmerſas: & ſecundũ eẽ cõpletũ eductas de materia. Vñ ẽt ap̃ ſic ſentientes: nõ ſeqẛ. Aĩa eſt ĩmaterialis & ĩmortalis: ergo nullas hẽt potẽtias materiales / & mortales: ut ſatis notũ eſt. Verum & ſecũdũ aliã opinionẽ pipatheticã: pariter nõ ſeqẛ: anima ipa ſimpliciter mortalis & materialis eſt. (ſecũdũ modũ expoſitũ: uidelicet nõ ꝙ ipſa maxi/ me materialis ſit / imo minimũ ĩter oẽs formas mate riales: materialitatis retinet: ſed diciẛ ſimpliciẛ mate rialis: qm̃ cõpata ad ſuã materialitatẽ eſt nõ uere im/ materialis: ſed uere materialis: qm̃ extincto corpore / & ipſa extinguiẛ) nõ ſeqẛ inq̃ / aĩa eſt mortalis uel ma terialis: ergo nullo mõ hẽt potẽtias immateriales / uel ĩmortales: qm̃ ſicuti pœnes aliã opinionẽ / que ẽ ueri tatis: ipa ĩmaterialis exiſtẽs multas hẽt potẽtias ma/ teriales: qm̃ eſt infima abſtractoꝝ: ſic & pœnes pipa/ theticos: ipſa materialis exiſtens; aliquas / & ad modũ paucas / & oblæſas: habet ĩmateriales: qm̃ ẽ ſuprema formaꝝ materialiũ. ĩſequẽdo ꝙ principia philoſophiæ Ariſtot. hæc multo rõnabilior ẽ / q̃ prima: qm̃ prima uult: ipſã aĩam uere æternã & ĩmaterialẽ exiſtentẽ: ue re hẽre potẽtias & opatiões materiales / & corruptibi les: qd̃ difficillimũ ẽ poneꝛ ſecũdũ ipm: qm̃ eẽnt ſenſi tiua & uegetatiua ſine ſuis potẽtiis: quod rõ nõ uide tur admittere: cũ ſint paſſiões eaꝝ: uel ſi eſſet in æter nũ fruſtarenẛ: aut daretur corpoꝝ reſurrectio: quoꝝ qd̃libet Ariſtot. philoſophiæ ĩpugnat. Sed deus põt quod natura non põt. At uero ſecũdũ nos / in ſequen do principia Ariſtot. aĩa ipſa uere eſt materialis: & ſe cundũ qd ĩmaterialis: q̃re nõ ueras habet opationes ĩmaterialium: ſed tñ ſecundum quid / & quaſi ſecun dum ſimilitudinẽ. Quo fit / ut neqꝫ aliqd fruſtrã ſit / neqꝫ eſſentia ſit abſqꝫ ſuis potẽtiis: ueluti ſequitur ad priorem poſitionẽ. Ipſa nãqꝫ aĩa dum eſt: ſemp ſuas retinet potẽtias: & deductis impedimentis / põt exire in opera ſibi debita. Ex quibus patere poteſt: ꝙ uir iſte q̃tũcũqꝫ doctiſſimus nõ bene dixit: ſi aĩa uel ho/ mo debet eſſe medius inter mortales & ĩmortales / duas debet habere aĩas. Neqꝫ etiã ſeqẛ / aĩa ẽ ueꝛ mate rialis: ergo nullo mõ habet aliquã opationẽ ĩmateri/ alem: imo habet eas: quis mãchas / & ublæſas: ſicut ap̃ ipſũ aĩa ipſa uere exiſtẽs ĩmaterialis / plurimas habet ueriſſime materiales: & in nullo diminutas: qd̃ tñ re/ clamat Ariſtotelis philoſophia.

Caput tercium / in quo Reſpondetur / ad conten ta in Capitulo tertio.

N Capitulo tertio / uir grauiſſimus nos ar/ i guit ꝙ in illa noſtra (ut inquit ipſe) obſcura diuiſione de anima humana: ſecundum ma/ terialitatem & ĩmaterialitatem: ſex tantum nume/ ratis membris: duo obmiſerimus: & enim octomẽ/ bris eſſe debet illa diuiſio: ſecundum naturam diui/ ſionis: ſic enim (ut inquit) fieri debet. Aut altera aĩa eſt: p quã homo eſt mortalis: & altera p quã eſt ĩmor talis. Aut una & eadem eſt mortalis & immortalis. Quod ſi primũ deẛ: aut utraqꝫ eſt unica in omnibus: aut utraqꝫ in omnibus eſt multiplicata: aut ſecundũ unũ una: & ſecũdũ alterum multiplicata. Et iterum hoc dupliciter. ſ. aut mortalis ſit una: & immortalis multiplicata: uel uice uerſa: ut mortalis ſit multipli/ cata: & ĩmortalis una. Qꝛ hic quatuor ſũt mẽbra: cũ nos tñ fecerimus tria mẽbra: obmiſimus. n. primũ mẽbrũ. ſ. aut utrobiqꝫ eſt unica. Non minus ſumus deficiẽtes in altero primo cõdiuidẽte: qm̃ ſic hẽt fieri. Si eadẽ aĩa hõ eſt mortalis & ĩmortalis: aut igꝛ ſecũ/ dũ utrũqꝫ modũ ſimpliciter: aut ſecũdum utrumqꝫ modum ſecundũ quid: aut partim ſimpliciter / & par tim ſecundum quid. & hoc dupliciter: quoniam aut eſt ſimpliciter mortalis / & ſecundum quid ĩmorta/ lis: uel uice uerſa ſimpliciter immortalis / & ſecun/ dum quid mortalis: & ſic iterum eſt quadrimẽbris: cum nos obmiſerimus primum membrum: uideli cet / aut ſecũdum utrumqꝫ ſimpliciter.

Ad quod nos dicimus & ꝙ falſum accipit: & nimis debiliter obiicit: quare hæ obiectiões ſunt cõtẽtioſi / & gloriam quærentis: & nõ pro ueritate diſputantis:

quod genus hominum teſte Platone in phædone & in primo de legibus, eſt alieniſſimum a philoſphia: Imo tale genus hominum: in nullo poteſt proficere, niſi in uanitate & ingarrulitate. Si hæc pro.ectus nūcupari poſſunt. Imprimis falſum dicit ꝙ .ſ. illa duo membra ſint a nobis omiſſa. Nam capite ſecundo noſtri tractatus de imortalitate aiæ: ſic ad litterā dicimus. Si uero altera pars magis eligaẗ: uidelicet ꝙ ꝑ unam eandem homo ſit mortalis & imortalis: cum fieri non poſſe uideatur: ꝙ oppoſita. de eodē dicātur ſimpliciter: fieri nequit: ut eadem ſit mortalis & immortalis ſimpliciter: non itaq; illud membrum eſt a nobis omiſſum: imo a nobis memoratū. Quare diuiſio reducta eſt in numerum ſenariū: & tacuimus illa: ſiue illa duo membra non uenerunt ī partitionem tanq̄ in imaginabilia: idemq; ſtatuēdum eſt de altero membro .ſ. in oībus non pōt eſſe una tm̄ quæ ſit mortalis: & una tm̄ quæ ſit imortalis: tāq̄ i imaginabile. Nō itaq; defecimus: ī numero octonario: qm̄ de illis duobus membris fecimus mentionē: ſed tm̄ ſex numerauimus: de quibus poteſt eſſe diſputatio: illis duobus non cadentibus in dubitationem. Puerilis etiā eſt obiectio: qm̄ ſi alicuius eſſet momenti, procul dubio Ariſto. multum erraſſet: cū ſæpiſſime aliquod mēbrū diuiſionis omittat. Nā .t.6. primi phyſicorum: ubi diuidit principiū per unum & multa: ī diuiſione unius, omittit finitum & infinitum: & in diuiſione per multa: omittit per mobile & imobile: qm̄ ut inquit cōmentator per unum dedit intelligere alterum, propter abreuiationē. & .t.xxi. viii. phyſicorū cum ponit diſpoſitionem entium: ſecundū motum & quietem: nō enumerat niſi quinq; membra: ſeptem exiſtentibus: ubi cōmentator dicit: tacuit illa duo: tanq̄ inimaginabilia: & ex deſtructione aliorum illa duo remanent deſtructa. Quare nos Ariſto. imitati, ſex modos tanq̄ magis diſputabiles, poſuimus: cum hoc ꝙ illos etiā duos memorauerimus: ſed nō tanq̄ diſputabiles.

Caput quartum, in quo rñdetur, ad contenta in quarto & in quinto capitulis.

IN capitulis quarto & quinto: nos taxat in duobus. In quarto quidem ꝙ in formando ſiue narrando opinionē Auerrois: inconſulte eius opinionem protulimus: qm̄ modus ille per nos poſitus: eſt cuiuſdam Gandauenſis: non autem omniū imitatorum Auerrois: Innumeri namq; alii, aliter ſentiūt de Auerroe: quos ille enumerat: & eorum modos ꝑ longum proceſſum. Quare nr̄um erat de eis mētionem facere ueluti ipſe fæcit: in ſuo tractatu: de intellectu: & in cōmētariis in libros de aīa, nuperrime ab ipſo æditis. Nec minus nos taxat in quinto capitulo: qm̄ aſcribo Themiſtio, ipſum poſuiſſe unicum intellectum: cum tñ diuus Tho. in libro quem cōpoſuit cōtra Auerroem de unitate intellectus dicat, Themiſtium & Theophraſtum, affirmare multiplicationē aiorum: tam ſecundum intellectum agentem: q̄ poſſibilem: qui intellectus agens: ſecundum ipſum, non eſt ille: qui eſt ſicut ſol: ad mentem Themiſtii: iſte namq; eſt deus: ſecundum Themiſtium: ſed hic eſt qui eſt illuminans & illuminatus, ſuple ille qui eſt multiplicatus. Amplius ꝙ nos nullā ponimus drām inter Themiſtium & Auerroem de ipſis intellectibus: multis inter eos differentiis exiſtentibus: ut per multa contendit oſtēdere. Multaq; alia dicit: quæ qm̄ nihil ad hoc noſtrum negotium ideo prætermitto. Ad quæ dicimus, & ad primum proculdubio illam eſſe mentem Auerrois: quam narrauimus: ueluti Albertus, Thomas, Aegidius, Io. Scotus & inumeri alii dixerunt: imo ipſemet cōtradictor, ifra, hanc eſſe mentē Auerrois confitetur. Quod ſi qui alii aliter ſentiunt: dicimus, ipſos, non recte ſentire. Et ſua certe erat oſtēdere rationibus: illam non eſſe mētem Auerrois: & nō inniti nugis aliorum: qui an dicāt, ut ipſe dicit: non ē nobis curæ. Vanum .n. ambitioſum, & pænitus inutile eſt: uelle omnes ſcriptores legere, & refellere. Neq; etiam affirmamus, Auerroem & Themiſtium, ī omnibus conuenire (ut nobis aſcribit) ſed ſolum ibi diximus, cōuenire eos ī unitate intellectus Quod uero ſic differāt: uel nō drant, nō eſt nr̄i huius negotii. Verū tamē obiter hic unū dicimus, .s. ꝙ iſte homo eſt i aperto errore: cum imponat Themiſtio: ipſum ſenſiſſe intellectum agentem eſſe deum: cū Themiſtius ipſe: capite. xxxi. tertii de anima. Ex intentione refellat ponentes intellectū agentem eſſe deum: uel primas propoſitiones: uerum hoc eſt extra propoſitum quare ad noſtrum redeamus. Ad ſecūdū itaq; quod dicit de Themiſtii opinione nos nō recte ſentire: qm̄ diuus Thomas de Themiſtio aliter ſenſit: Dicimus, certe, hoc nos non latuiſſe: ſed bene ſic opponentem latuiſſe: ipſum Thomam de hoc ſe retractaſſe: quandoquidem Tho. in ſcripto ſuo in ſecundum ſententiarum: in xvii. diſtinctionis, q̄ōne propria, de unitate intellectus aperte dicat Auerroem, Themiſtium, & Theophraſtū concordes poſuiſſe unicū itellectū: qr ex illa auctoritate non debuit moueri: cum illa altera dicat oppoſitum: uerum ſuum erat, magis rationibus hoc oſtēdere: ut decet philoſophum: & maxime grauiſſimum: qualem ſe prædicat. Quod autē hæc omnia tam grauiter tam luculente, tam deniq; copioſe habeantur in illis libris ab eo æditis: neq; affirmo: neq; nego. Deus enim & cōſcientia mea teſtes ſunt: me nunquam aliquid huius uiri legiſſe: niſi tantum hunc tractatum: ad quem reſpondere rogatus ſum. Verum quoniam tam mirabilia ſcribit: in uanū alios ſcripturos exiſtimo

Caput quintum in quo reſpōdetur ad ea quæ cōtinentur in capitulis, inchoando a ſexto, uſq; ad xvi. excluſiue.

IN capitulo ſexto eiuſdem tractatus: incipit ponere rationes noſtras: quas (ipſe dicit) nos adducere contra Auerroem: quas quoniā per nos obſcure & cōfuſe poſitas eſſe dicit: ideo eas ad claritatē reduxiſſe gloriatur: Quod quis noſtrū obſcurius, uel lucidius: confuſius uel diſtinctius loquatur, legentibus relinquo. Quid uero iſto uiro petulantius, inconſtantius uerboſius, impertinentius, ac deniq; inanius ſit: nihil cognoſco: Sed hæc miſſa faciētes ad rem deueniamus: & paucis rem ipſam abſoluamus: ſi tot nugæ paucis comprehendi poſſunt. Age igitur. Prima noſtra ratio cōtra Auerroem hæc

eſt Intellectus nr nullam habet operationem non de
pendentē a corpore ſaltē ut obiecto: ergo eſt īſepara/
bilis ab eodē. Ad hoc aūt (ut mihi uidetur) ī tot tātiſq
capitulis: duas uult reſponſiones. Prima eſt negādo
conſequentiā: contenditq oſtēdere/ q eſto q huma/
nus intellectus in omni ſua operatione dependeret a
corpore: tn̄ eſſet adhuc ſeparabilis & īmaterialis: hoc
aūt multipliciter probat. Primo/ qm̄ dato & ſuppo/
ſito q ſic ſit: uidelicet q anima ſemper in ītelligēdo
indigeat corpore: nō minus ipſa uniuerſale ītelligit:
ſed ipſa uniuerſale nō intelligit: niſi ipſa ſit ſeparabi/
lis & īmaterialis. Hoc āt ſic probat: qm̄ ſi uniuerſale
eſt ſemp & ubiq: abſtrahens ab hic & nunc: hoc non
eſt ſecundū ſui eſſentiā; ſic.n. eſſet idea Platonis: ergo
participatione alicuius: nam quod non eſt per eſſen/
tiam tale: participatione alicuius eſt tale: ut dicit in li
bro de cauſis: nō eſt aūt fingere participatione cuius
ſit tale: niſi participatione ipſius animæ: ergo huma/
na aīa per eſſentiam eſt abſtracta: & per ſuppoſitum
nunq̄ operatur ſine corpore: ergo ſtante q nullam ha
beat operationem īdependentem: nō minus ipſa eſt
abſtracta. Secundo idē probat/ qm̄ ītelligentiæ ſunt
abſtractæ: & nō poſſunt mouere ſine corporibus cœ
leſtibus: ergo ſtat formā aliquam eſſe abſtractā: & tn̄
dependere a corpore: ſaltem ut obiecto. Et firmat ex
illorum theologorum opinione/ qui dicunt: creaturas eſſe
ſecundariū obiectum ītellectionis: qua deus ītelligit
eas: ſecūdū igitur horum opinionem: deus nec primarie
nec ſecundarie dependet a creatura: & tn̄ intellectio
ſub eo reſpectu: quo eſt creaturæ: depēdet a creatura:
ut obiecto: ergo idē quod prius. hæc itaq eſt ſua pri/
ma reſponſio. Et ne fiat confuſio: ad hanc igitur acce
damus: & dicamus/ totam hanc reſponſionē eſſe ua/
nam/ incoſtantem/ & nihil ueri cōtinere. Primo qdē:
q aliqua ſit ſubſtantia ſimpliciter ſeparabilis/ & ſim/
pliciter īmaterialis: in omniq ſua operatione depen/
deat a corpore (ut concedit iſte) īſtud eſt pœnitus er/
roneum: & quantum ſciam: nullus alter ab eo hoc
concedit: quilibet.n. ponens animam īmortalē: dat ſi
bi poſt mortem operationē omnino independentē a
corpore: neq quis negare poteſt/ hoc nō eſſe ſuum:
qm̄ in Rubrica xiiii. capituli: ſic dicit ad litterā. Dato
q nulla ſit ītellectiuæ animæ operatio: e corpore pœ
nitus abſoluta: ex ipſo ītelligere & uelle: q non ſine
phantaſmate eſt: probari pōt: animam eſſe e corpore
ſeparabilē: ab eodemq ſubiectiue minime depēdere:
idemq repetit in principio eiuſdē capituli. Amplius
aīa aut ppetuo ſtabit ī hoc corpore generabili & cor/
ruptibili: aut ſeparabitur. Non primū/ qm̄ hoc cor/
pus continue diſſoluitur: quare ueniet ad iteritum.
Vnde Auicen̄. prima primi/ in ſumma de complexio
nibus dicit: q ſi hæc uirtus infinita foret: & reſtaura/
ret tale quale diſolutū eſt: &c. perduceret tādem ad
mortem: quod ēt dicitur ab Ariſtotele in ſecūdo de
generatione animalium/ capite quarto. Si igitur ſepa
rabitur: aut aliquā habebit operationē aut nullam?
Si nullam/ ut cōcedit iſte in hoc ſuo tractatu/ non eē
īpoſſibile: qd ſtultius dici/ uel excogitari pōt? Nihil
enim infœlicius ipſa anima: nihil uilius: cū in æternū
ſine aliqua pœnitus operatione ſit. Quid.n. eſt tā uile
in uniuerſo: quod nullam prius habeat operationē?
quod nullius ſit comodi? Si uero poſt mortem ali/
quam habet operationē: cū extra corpus ſit: quo mō
igitur a corpore in tali opere dependebit? Præterea
hoc aperte eſt contra rationem: nam quod non depē
det ſecundū eſſe: igitur neq ſecundū operari ſimplr
dependet: qm̄ ſi auferatur corpus/ a quo nō depēdet:
non minus ipſum remanebit: ſed ipſum ſine opere re
manere nō pōt: qm̄ ut īqt Themiſtius/ natura hoc nō
ſubſtinet: ut aliquid ſit ſine opere: igitur quod ſimplici
ter īmateriale & ſeparabile eſt: in omni ſuo opere/ nō
poteſt dependere a corpore: unde hoc apertiſſimam
repugnantiam continet: octauo nāq methaphyſice:
operationes indicant eſſentias: ſi nāq in omni opere
dependet a corpore: ergo & in ſuo eſſe depēdet a cor/
pore. Quod aūt ipſe ponit: ſupponatur humanū ani/
mū/ non poſſe ſine phantaſmate intelligere: admitti/
mus quidē non tantū ut poſſibile: uerum ut neceſſariū:
ſecūdum Ariſtotelem: q̄q̄ in uia ueritatis ſit falſum:
cūq ulterius dicitur/ q eſt īmaterialis & ſeparabilis:
qm̄ uniuerſaliter cognoſcit: nā uniuerſale ipſum eſt
æternū. Ad hoc dicit: ueluti in noſtris tractatibus dif
fuſe oſtendimus: q operationes declarāt eſſentias: cū
itaq humanus ītellectus: uniuerſale ītelligēdo: īmo
quicqd intelligat: nunq̄ abſoluat a ſingulari: qm̄ ſem
per uniuerſale in ſingulari ſpeculatur: ut unuſqſq in ſe
ipſo experitur: ideo talis cognitio: prorſus non eſt abſo
luta a materia: quare cū eſſentia ſit operationi ppor/
tionata: ideo intellectus non eſt mere & proprie īma
terialis/ uel ſeparabilis: qm̄ ſi talis exiſteret: haberet
& aliquā operationē oīo independentē a materia: qd
de eo non experimur. Quare cū ſecundū qd īmateri
alis & ſeparabilis ſit: ideo eſt aliquis ītellectus q ſim/
plr: & p eſſentiā & in ſūmo/ eſt uere īmaterialis/ & ſe
parabilis: & hic tm̄ uere & proprie eſt diuinus intelle
ctus. Neq uerum eſt ſecundū ponentes ītellectū noſtrū
eſſe æternū ipſum per eſſentiam & pœnitus eſſe īma
terialem (ut iſte fingit) īmo neq ītelligētiarum aliqua:
niſi cōparatiue. & q̄uis uniuerſale æternū ſignificat:
non propter hoc ſequitur/ q uirtus ipſum comprehē
dens ſit æterna: nam deum cognoſcens/ uere non eſt
deus: niſi ſatis improprie: quo modo ēt concedi pōt
intellectum ſecundum quid æternum eē. Quod aūt
ſecundo adducebatur: uidelicet/ qm̄ intelligentiæ nō
poſſunt mouere orbes: niſi ob orbibus dependeant:
& ſecundum aliquos deus in ſecunda ītellectione. ſ.
intelligendo creaturas dependet a creaturis: deus tn̄
& intelligentiæ ſunt formæ ſeparabiles/ & omnino
immateriales. Vir accuratiſſime: uideas qd dicis: qm̄
uel ponis deum & intelligētias/ in omni operatione
dependere a corpore: uel in aliqua ſolum. Si primū/
hoc apertum mendatium eſt; & aduerſatur omnibus
philoſophis & theologis. Si uero intelligas: q ſolū
in aliqua operatione dependent a corpore: non ſyllo
gizas ad concluſionem: qm̄ concluſio eſt/ q nullā ha/
beat operationē indepēdentē a corpore: quare nihil
ad propoſitum. Amplius uir īgenioſiſſime: intelligē
tias in mouendo a cœleſti corpore dependere: & hu/
manū intellectū in ītelligendo depēdere a phātaſma/
te: æquiuoce dicitur. Intelligentiæ.n. mouent & dāt
eſſe corporibus cœleſtibus: & quicquid eſt ī corpore
cœleſti: eſt ab intelligentia. Quare proprie intelligen

tia ab eo cœlo nõ dependet: quãto minus deus a cre
aturis. At humanus intellectus effectiue mouetur
a phantaſmate: phantaſmaq; ipſum non habet eſſe
effectiue ab humano intellectu: quare longe diſpar
eſt inter ea ſimilitudo. Secunda aũt eiuſdẽ reſpon/
ſio / quæ tam & ſi logiſſima ſit (infinitas .n. fere fa/
cit ſuppſitiones) tandem ſtat in hoc: ut neget antece
dens pdictæ conditionalis: ſcilicet ꝙ humanus itel/
lectus nullam habeat operationem independentẽ a
corpore: qm̃ secũdum Auerroem intellectus conſi
deratus i ſe / priuſq̃ uniatur toti ſphæræ humanæ /
uel alicui eius parti / habet unã intellectionem: quæ
cũ ꝓ ſit illa: in qua nullo modo dependet a corpore.
Hic aũt attendendũ eſt: ꝙ nec Auerroes nec aliquis
alter ponens intellectum eſſe imortalem: poſuit ip/
ſum in omni ſua operatione dependere a corpore:
qm̃ implicat cõtradictionem. Vir aũt iſte poſuit op
poſitum: ut uiſum eſt ſupra. Amplius attẽdendum
eſt: de huius Viri grauitate qui opinionem de uni/
tate intellectus qualiter aſcripſimus Auerroi: eam
hic inſequitur: cũ tñ ſuperius eam dãnauerit: unde
cõſiderare potes: q̃tæ grauitatis ſit Vir iſte / ſed hæc
obiter ſint dicta: & ad noſtrum redeamus: Hanc i e/
ſponſionem quam hic adducit: ea eſt quam nos po
nimus i noſtro tractatu: ueꝝ qm̃ eam ipugnamus:
ideo conatur ad noſtras impugnationes reſpõdere.
Contra hanc igiẽ ſic inſtamus. Anima eſt actus cor/
poris phyſici / organici ſecundum uniuerſalem eius
diffinitionem: nam & hæc diffinitio competit intel
lectiue animæ: ut teſtaẽ Ariſtoteles. ergo itellectiua
ut ſic eſt actus corporis phyſici organici: igitur hu/
manus intellectus: in omni ſuo opere depẽdet a cor
pore: nullam igiẽ habet operationem independẽtẽ.
Ad hoc aũt dat reſponſionem noſtram / quã ibi po/
nimus: uidelicet / ꝙ humanus animus dupliciter cõ
ſiderari põt: ueluti & quælibet alia itelligentia: ſcili
cet / & ut i ſe eſt: & ut informat ſphœram: itellectus
itaq; in ſe conſideratus non eſt anima: ſed tm̃ intel/
lectus: quaẽ / ut ſic / ei nõ competit diffinitio animæ.
Aſt intellectus conſideratus ut informat ſphæram
humanam: ſic anima eſt: & ſibi competit diffinitio
animæ: quare ſecundum iſtam conſideratiõẽ: ipſe
intellectus in omni ſua operatione / dependet a cor/
pore. His aũt adiunxi: ꝙ forte iſtum modum inſe
quendo / ſedari poſſet diſcordia quæ manifeſte ui/
deẽ eſſe: inter Librum tertium de anima: & primũ
librum de partibus animalium. In tertio.n. de aĩa:
quilibet cõnumeratur inter naturales / de humano
intellectu tractatur. At in primo de partibus / diciẽ:
de intellectiua anima: non pertinere ad naturalem.
Sedari ing̃ secundum iſtũ modum põt: ut.ſ. de intel
lectu / qua in ſe conſideraẽ: nõ pertinere ad philoſo
phũ naturalẽ: ueꝝ qua ſphærã informat: qm̃ ſic eſt
actus corporis organici: eſt phyſicæ cõſiderationis.
Sed qm̃ utrũq; hoꝝ dictoꝝ a nobis refelliẽ: ideo ui/
denda ſunt: quæ ab utroq; dicunẽ: ſcilicet / ab ipſo &
a nobis. De primo igiẽ / ꝙ.ſ. ueluti intelligentiis dã
tur / duæ conſiderationes: quaꝝ una eſt phyſica. ſcili
cet / qua mouent corpora cœleſtia: altera uero ſecun
dum ſe: quæ eſt methaphyſica: ſic & duæ dari de/
bent conſiderationes humano itellectui: quaꝝ una
ſit phyſica: altera uero ſit methaphyſica: pfecto il/
lud de intelligentiis / neceſſe eſt dicere: de humano
autem intellectu. hoc minime dici poteſt. Intelligẽ/
tiis.n. duas damus operationes: longæ diuerſæ rati/
onis inter ſe: damus.n. eis intelligere / quod non de/
pendet aliquo pacto in eis a corpore: & eſt operatio
imanens: damus & mouere: quod a corpore depen/
det quoquo modo: & eſt operatio tranſiens: unde
fit / ut nihil incomodi ex his ſequatur. Quare ſecun
dum hoc & de eis duæ naſcuntur conſiderationes
diuerſæ: ſcilicet / phyſica & diuina. Nam qua mo
uent pertinent ad phyſicum / nõ tãq̃ entia naturalia
& ſubiecta naturalia: quoniam quæ non mota mo/
uent / non ſunt amplius phyſica conſiderationis (ut
ſecundo phyſicoꝝ dicitur:) ueꝝ pertinent ad phyſi
cum: ut principia mouentia. Qua uero ſunt mouẽ/
tia nõ mota / & i intelligẽdo nullo modo dependẽt
a corpore: & i reliq̃s huius gñris operibus: pertinẽt
ad diuinũ: tãq̃ pſe ſubiecta eius. Aſt humano itellec
tui ſecũdũ iſtã opinionẽ duæ attribuunẽ opationes
imanẽtes: utraq;.n. eſt itellectio: & perficit ipſum in
tellectũ. ex quo infinita fere icomoda ſequi / aptũ ẽ.
Imprimis non uideẽ: ꝙ uni naturæ attribuanẽ duæ
opationes eiuſdẽ gñris / tã diuerſæ / utpote: ꝙ idẽ in
tellectus itelligat p ſubſtantiã / ſiue ſuã / ſiue alienã:
& ẽt intelligat recipiẽdo: hæc.n. repugnare uideñẽ:
qm̃ quod intelligit p ſui ſubſtantiã / eſt ens actu &
ualde perfectum. quod uero recipiendo: eſt imper/
fectum: modo iſte ſunt cõditiones ualde oppoſitæ:
quæ in unum coire non poſſunt: neq; illud quod di
citur: per iſtũ uiꝝ tolerabile eſt. Dicit.n. ꝙ quis in/
tellectus intelligat in ſe per ſubſtantiam: & quo ad
ſphæram per ſpecies: iſti tamen modi intelligendi
ſunt unius rationis: quoniam per ſe intelligit quic/
quid intelligit: ſecundum quod illud itellectum ab
eo eſt actu intellectum: ueꝝ ſibi accidit ꝙ intelligat
per ſubſtantiam / uel ſpecies. Si.n. hoc ſufficeret: tũc
quæcũq; intelligũt eſſent eadem rationis ſpecificæ:
quoniam quæcũq; intelligunt. ea intellecta intelli/
gunt / quatenus ſunt ab eis actu intellecta: quantũ/
cũq; enim omnia intellecta ſint actu intellecta: non
tamen per eundem modum proprium. Amplius ſi
humanus intellectus in ſe & per ſubſtantiã / omnia
cognoſcit: quid igitur imperficiẽ ad idem cogno/
ſcendum per ſpecies? & quod inconuenientius eſt:
ad cognoſcendum idem obiectum & in eodem tẽ/
pore / per infinitas ſpecies fere uel ſaltem infinitas in
tellectiones: multaq; alia inconuenientia ſequunẽ:
quæ q̃q̃ a ſic dicentibus non habeantur: ut inconue
nientia: ut ipſi ore confitentur: tamen puto apud
ipſos in corde hæc inconuenire: ſed talia dicere / ut
poſitionem ſubſtineant: niſi uiri iſti ex toto ſint in/
ſani: at genus hoc hominum pertinatium: teſte
Platone in phædone alieniſſimum eſt a diſciplina.
Præter aũt incomoda & impoſſibilia: q̃ ſequũtur
ad dictam poſitionem: illud quod ulterius dicitur
minime ſtare poteſt: uidelicet ꝙ ut informat ſphæ
ram humanam / eſt phiſicæ cõſiderationis: in ſe ue
ro / methaphiſicæ contemplationis eſt: quoniam ut
ſphæram informat: mouetur a phantaſmatibus:
quare eſt mouens motum: uel ſaltem motum: ſed

quod tale eſt:phyſice conſiderationis eſt:nõ ut prin
cipium tantum:ſicut ſunt intelligentiæ : quatenus
mouent corpora cœleſtia:uerũ ut ſubiectũ:et ſecun
dum ſuam ſubſtantiam & quiditatem : quoniam
eſt ens naturale:unde Ariſto.ſecundo phyſicorũ ſta
tuit ipſum humanũ intellectũ/ terminum formaꝝ
naturalium/&materialium:unde impoſſibile eſt ip
ſum ſeparare a materia/& ſecundum conſideratio/
nem/& ſecundum eſſe:quoniam entia naturalia de
finiuntur per materiam ſenſibilem:ut ſecũdo phy
ſicorum.primo de anima.ſexto.metha.& in infini
tis aliis locis traditur . Quod ſi actu aliqua forma
naturalis/ſit ſine ſubiecto:ut ueritas confitetur de
accidentibus in euchariſtia:hoc eſt non ſecundum
naturam:ſed ex diuina potentia/quæ eſt ſupra natu
ram. Quare ſi anima eſt forma naturalis/ut Ariſt.
opinatus eſt:ex ſolo diuino miraculo poteſt ſtare ſi
ne ſubiecto:imo hoc maius miraculum ẽ/q̃ accidẽs
eſſe ſine ſubiecto:quoniam ex aĩa &corpore fit unũ
p ſe:ex ſubiecto aũt &accidente fit unũ per accidẽs:
aſt indiſſolubilius eſt:quod eſt per ſe unũ: eo quod
eſt per accidens unum:ſi itaq; humanus intellectus
non poteſt abſolui ſecundum conſideratiõe: neq;
ſecundum eſſe a ma teria ſenſibili : quo modo igit
fieri poteſt:ut ſit methaphyſice contemplationis:ni
ſi conſideretur per conceptus tranſcendentes : ſecũ
dum quos:non tantum humanus animus a diuino
contemplari poteſt: uerum omne ens ut dicitur in
procemio metha. Quare ut ſic humanus animus
non terminaret conſiderationem formarum natu
ralium :cum.tñ Ariſto.ipſum ponat terminum ea
rum. Aſt fortaſſis dicet:humanus intellectus:cum
ſit medius inter mortales & ĩmortales:eſt mouens
motum. quare ut ſic eſt phyſicæ c onſiderationis:&
non poteſt abſtrahi a materia ſenſibili:eſt & mouẽs
nõ motum:& ſic eſt diuinæ contemplationis:& ab
ſtrahitur a materia ſenſibili:neq; inconuenit ſecun/
dum diuerſa/eidem attribuere predicata contradic
toria. Verum hoc minime ſtare poteſt. Primo/quo
niam & ſi idem ſecundum diuerſas rationes:poteſt
conſiderari ſecundum predicata contradictoria : ex
parte tñ rei eidem predicata contradictoria in eſſe
non poſſunt : humanus intellectus ſecundum rem
mouetur:& non poteſt fieri/quin ſecundũ rem non
moueatur:uerũ quod tale eſt. inſeparabile eſt a ma
teria:non igitur fieri poteſt:ut tale ſit conſideratio/
nis philoſophiæ primæ:quãdo quidem prima phi
loſophia nihil particulari & proprio conceptu conſi
deret:quod ſit motum:ut Albertus & Thomas di
cũt in tertio methaphyſicæ:& etiã ex ſententia Aui
cẽnæ dicentis Scientiam diuinam abſtrahere a mo
tu:aut quia conſiderata in ea nullo modo mouent:
ut ſubſtantiæ ſeparatæ:aut quia & ſi moueãtur: cõ
ſiderantur tamen ſecundum conceptus:qui forma
liter non ĩcludunt motum: & materiam ſenſibilẽ :
quales ſunt conceptus tranſcendentes. Idemq; repe
rit diuus Tho.in expoſitione xi·metha. Quare ſi in
tellectus humanus eſt motus:non ueniet in conſide
rationem diuini:niſi ſecundum conceptum uniuer
ſalem:ſicut &cætera naturalia. Præterea ſimilitudo
facta inter intelligentias:& humanum intellectum
aũt non conſtabit:aut ipſæ etiam intelligentiæ erũt
motæ : quod refellit oĩs ſchola peripathetica : hoc
autem apertum eſt ſequi:quoniam aut intelligẽtiæ
mouentur:aut nõ mouentur . Si primum ſequitur
una pars diſiuncti:& ſic totum. Si uero detur ſecun
dum:tunc non quadrat ſimilitudo : quoniam itelli
gentiæ nullo modo mouentur : & ſic pertinent ad
methaphyſicũ:aſt humanus intellectus mouetur:
quare non pertinebit ad methaphyſicum . Aſt dices
Et ſi humanus intellectus mouetur:ut tamen a me
thaphyſico conſideratur non mouetur :& hoc ſuffi
cit. Verum iſtud (ut diximus) ſtare non poteſt:quo
niam ſic oĩa entia ſunt etiam methaphyſicæ cõſide
rationis:non igitur hoc appropriatur ĩtellectui hu
mano. Sed dices/cætera conſiderantur tantum ſecũ
dum conceptus uniuerſales:aſt ipſe intellectus:& ſe
cũdum uniuerſales/ & particulares. Neq; iterũ iſtud
ſtare poteſt:quoniam (ueluti dictum eſt) quod mo
uetur in particulari non ſpectat ad diuinum:aſt ipe
ſecundum rem mouetur:quare nõ eſt diuini de eo
ſic conſiderare. Præterea mathematicalia ſecundũ
conceptum proprium:& paſſiones proprias/nõ ſpe
ctant ad diuinum:ut apertiſſimum eſt: modo quæ
ro cum abſtrahant a motu:quare non ſunt diuinæ
contemplationis:& certum eſt ſecundum Ariſtot.
ſexto methaphyſice/q; nõ ob aliã cauſã.nõ pertinẽt
ad methaphyſicum:niſi quia & ſi abſtrahãt a motu
ſecundum conſiderationem:ſunt tamen ſecũdum
rem in motu:& in materia ſenſibili. Quare ſecũdũ
cõceptus proprios non pertinent ad methaphyſicũ:
igitur quantumcunq; humanus intellectus/poſſet
concipi ſine materia ſenſibili (quod nõ cõcedimus)
ſi erit in materia ſenſibili:ſic q; ſit motus : non perti
neret tamen ad methaphyſicum ſecundum concep
tum proprium/ & particularem. Præterea ſi huma
nus intellectus : conceptu proprio & quiditatiuo/a
methaphyſico&naturali cõſideretur:duas haberet
quiditates/& eſſentias intrinſecas: quod q̃uis a nõ/
nullis cõcedatur:apud me eſt pænitus i intelligibile
Quod ſi dicatur/una eſt data a poſteriori:quoniam
per motum:altera uero per intrinſeca tantum:& p
ea quæ præcedunt motum. Verũ hoc dato: ſic oĩa
naturalia in particulari pertinerent ad methaphyſi
cũ q̃ hoc intellectui humano: non appropriaretur
Ex his igitur apparere poteſt : q; non eodem modo
intellectus humanus eſt actus corporis phyſici: & i
telligentia eſt actus cœli : nam humanus ĩtellectus
neq; ſecundum eſſe:neq; ſecundum/cõſideratiõe/
poteſt abſolui a corpore phyſico : quoniam eſt ens
naturale cum ſit ens motũ:& intrinſeca ſibi eſt hæc
definitio & eſſentialis:cum vii.metha.formæ natu
rales definiantur per ſua ſubiecta. Quare Tho. &
Aegidius in ſecũdo de aĩa dicunt fuiſſe neceſſarium
definire animam per ſuũ ſubiectũ : ueluti & accidẽ
tia definiũtur. Aſt intelligẽtia hoc modo nõ eſt ac
tus cœli:qm̃ eſt cœlũ quaſi ſibi aduentitiũ:& intelli
gentia non ẽ ens naturale :cũ ſit mouens non mo/
ta. Quare non eſt ſibi definitio illa:ſed quedam no
tificatio/ data a poſteriori:& per extrinſeca:unde ani
ma dicitur æquiuoce de intelligentiis/& aliis ani/
mabus : unde Ariſtoteles in tertio de aĩa/tractat de

humanoītellectu : ꝓtermiſſis ipſis ītelligentiis/cum nõ ſpectẽt ad naturalẽ/ut ſubiecta:ſed ſolum q̃tenus principia naturaliũ. Vnde nõ recte putãt:q quartã ſpeculatiuã ſciẽtiã ponũt:q̃ſi cõtrariã mathematicæ.ſ. unã quæ ẽ de abſtractis ſcd̃m eẽ: & cõiũctis materiæ ſẽſibili/ſcd̃m cõſideratione: ſicuti mathematica eſt ecõtrario/de cõiũctis materiæ ſẽſibili ſcd̃m eẽ:& abſtractis ſcd̃m cõſideratione:q̃m ſic Ariſt. inſufficiẽter numeꝝ ſpeculatiuaꝝ tradidiſſet. Præterea q̃ ſunt abſtracta ſecũdũ eẽ:et q̃ cõſiderãt in habitudine ad materiã ſenſibilẽ/ut ſic/ptinẽt ad phyſicũ negociũ:q̃m nõ cõſiderãt ut entia naturalia/tãq̃ ſubiecta eaꝝ:ſed tãq̃ prĩcipia reꝝ naturaliũ:ut ꝓoſtenſũ eſt:ſi et. n. facerẽt ſciẽtiã ꝑſe/ut iſti fingũt. tũc octauus phyſicoꝝ nõ eẽt ps naturalis philoſophiæ:quod aptũ mẽdaciũ ẽ:& cõtra Ariſtotelẽ:et aliquid cõſideraret p ſe in aliq̃ ſcientia:quod nõ definiret in ea: q̃m talia entia ſeparata cõſiderata in tali ſciẽtia media: nõ uere poſſẽt diffiniri in ea: cũ illud ſit negocii metha. quare neq; uere poſſent demõſtrari:qd̃ ẽ cõtra naturã ſciẽtiæ. Et ſecũdum iſtũ:talia ꝑrim eſſẽt uere abſtracta:ut intelligentiæ:& ꝑrim nõ uere/ut humanus ītellectus: q̃ hoc ẽ contra mẽtẽ Ariſtotelis oĩo. Ex his ẽt patere põt/qd̃ per illud nõ ſedat̃ diſcordia quæ apparet inter librũ de aĩa:et primũ de ꝑtibus aĩaliũ:quãdo quidẽ fũdat ſe ſup falſo.ſ.ꝙ.humanus intellectus ſecũdũ cõceptũ ꝓpriũ/pertineat ad methaphyſicũ et ad naturalẽ: oſtẽſũ eſt.n.hoc eẽ ĩpoſſibile ap̃ Ariſtot.q̃ illd̃ dictũ eſt rep̃hẽſibile. Hæc aũt oĩa in uirtute tacta ſũt a nobis ĩ nr̃is tractatibus. Verũ uir iſte ingenioſiſſimus: ad hæc non reſpondit.

Caput ſextũ/in quo Rñdet̃ ad cõtenta in capitulis 16.& reliquis uſq; ad .24. excluſiue

i N Decimoſexto Capitulo/ponit noſtram ſecundam rationem quam (dicit ipſe) nos confuſam & inordinatam tradidiſſe:quare ipſe enititur (ut refert) ad claritatem reducere/et ordinem:ut eius uis intelligatur. Verum (ut eſt uidere ex noſtro tractatu) quæ clare & ordinate poſuimus: omnia perturbat/et cõfundit. Sed hæc miſſa faciamus:et rẽ ꝑſtringamus. Ratio hæc eſt/cũ Ariſtoteles uellet ingrere de ſepabilitate aĩe:et eius ĩſepabilitate: duas aſſignauit cõditiões/inſepabilitati/diſiũctiue/ſiue alternatiue poſitas. Dixit nãq;/ꝙ ſiue ĩtelligere ſit phantaſia:aut non ſine phantaſia:nõ cõtingit ipſam ſeparari:quare cum inſeparabilitati opponatur ſeparabilitas:& diſiunctiuæ affirmatiue:opponatur copulatiua facta de partibus oppoſitis:oportet ꝙ ſi humanus intellectus ſit ſeparabilis: ꝙ neq; ſit phantaſia neq; indigeat phãtaſia. Verũ cũ omnes rationes ab Ariſtotele poſitæ ſupponãt intellectũ moueri a phantaſmate/et ꝑ cõſeq̃ns ĩdigere phãtaſia:igitur per præcepta Ariſtotelis ĩtellectus erit inſepabilis. Ipſe autẽ multiplicat in argumẽtis:quæ partim fœcimus/& partim nõ fœcimus ſecundum ſuam conſuetudinẽ: ſed q̃m in hoc ſtat argumentũ/ideo nec plura adducimus. Deinde in decimoſeptimo capitulo/ꝓponit qn ꝙ differet. In.18. differit primũ qd̃ ꝓpoſuit:uidelicet qd Auerroes & diuus Thomas ĩtelligãt ꝑ aĩæ ĩſepabilitatẽ:uel ſepabilitatẽ: cõcluditq; eos cõueniſſe. Neq; aliud ſecũdũ ipſos intelligi:niſi formã cõſtitui in eſſe per ſubiectũ:et educi de potẽtia materiæ:quo ad inſepabilitatẽ:ꝑ oppoſitum uero quo ad ſeparabilitatẽ.ſ. nõ cõſtitui in eſſe per ſubiectũ:neq; educi de potentia materiæ. Deinde in eodẽ capitulo:cõpat hos ĩ his/in quibus differunt. Et infert q̃dã correlaria/quæ q̃m nõ ſunt multũ ꝓpoſito deſeruiẽtia:ideo trãſeo. In.19 capitulo differit req̃ſita ad forã ſepabilitatẽ:qd̃ fuit ſcd̃m ꝓpoſitorũ:dicit ꝙ tãdẽ ad formæ ſepabilitatẽ oporter formã nõ ĩdiget corpe/ut ſubiecto:q̃q̃ corpe ĩdigere poteſt ut obiecto. Ex quo ſequitur (inq̃t ipſe) ꝙ ſi eſt forma materialis/ipſa indiget corpore/ut obiecto/in omni ſua operatione: q̃m ſi materialis ẽ/ĩdiget corpore/ut ſubiecto:ergo & ut obiecto/non tamen ſequitur/ſi in omni operatione indiget corpore ut obiecto; ut ipſa ſit materialis: uelut dicit ex dictis patere. Vnde infert nos perperam aſſignaſſe cõditiones ſeparabilitatis: cum duas aſſignauerimus: una tantum ſufficiente: ſufficit enim ſi non indiget corpore/ut ſubiecto: littera tamen eſt corrupta:ſed(ut puto)fuit ex uicio impreſſoris: aut ex inaduertentia auctoris. Deinde in uigeſimo Capitulo oſtendit quibus ſignis probatur animæ ſeparabilitas. Dicit itaq;/ꝙ euidentiſſimum ſignum ad probandum animæ ſeperabilitatem/eſt intelligere/& uelle: tũ quoniam iſta non dependent a corpore ut ſubiecto:quod perſpicuum eſt uidere: q̃m immediatum ſubiectum ipſoꝝ eſt ipſa anima:tũ ex conditionibus ipſorum:quoniã aĩa uniuerſale intelligi et uniuerſale uult: quæ ſunt abſq; cõditionibus materiæ: non igitur intelligere et uelle ſunt in materia. Ex his infert/ꝙ quantumcumq; intelligere & uelle dependeant a corpore/ut obiecto: nihil tamen obſtat/quin anima ſit ſeparabilis:&.n.depẽdẽtia ut obiecti/non infert dependentiam ut ſubiecti: Et ſic iſta ſola ſufficit: ut dictum eſt. Infert & ſecundo/ꝙ licet anima pro eſſe coniuncto indigeat corpore quoniam phantaſia indiget ut obiecto: ſiue motore:ex dictis tamen infert/ꝙ anima ipſa aliam habeat operationẽ:in qua nõ dependet a corpore ut obiecto. Eo enim ipſo/ꝙ ſcimus ipſam eſſe ſeparabilem:dum ſeparata erit:cum eſſe non poſſit ſine operatione: igitur tunc habebit operationem in qua non indigebit phantaſia. Ex quibus tertium infert. uidelicet/ꝙ cum intelligere cum phantaſia/non ſit coæuum noſtro intellectui:neq; intelligere ſine phãtaſia/ꝙ intelligere ſecundum ꝙ intellectum eſt actu intellectum/eſt coæuum animæ noſtræ. In uigeſimoprimo capitulo differit quo modo intelligẽda fuit uerba Ariſtotelis ſuperius poſita.ſ.ꝙ.ſi intelligere ſit phantaſia: aut non ſine phantaſia/non contingit ipſam ſeparari:quid fuit quartum differendorũ. & primo ſecũdũ Auerroem: poſtq; ĩnumera uerba/dicit Auerroẽ hoc intellexiſſe.ſ.non fuiſſe loquutũ Ariſtotelem ibi ex ſua ſentẽtia: uidelicet ꝙ Ariſtot. uoluerit noſtrũ intelligere/ſiue ipſius humani intellectus: non poſſe eſſe ſine phantaſia: ſed ideo hoc dixiſſe. propter Platonem/ſiue Platonicos quoſdã/perperam intelligentes Platonem in phædone: qui dixerunt animas eſſe ante corpus; et ipſum ꝓcedere

Quare eos Ariſt.refellit:qm̃ / ſi aia corpus p̃cederet:
tũc ipſa eſſet ſine operatione aliqua : nã itelligere aut
eſt phãtaſia/aut nõ ſine phãtaſia.Si igr̃ corpus p̃cede
ret/& intelligeret:cũ nos experiamur nunc:ſine phã
taſia non poſſe intelligere:ergo neq̃ anteq̃ uniat̃ cor
pori/ſine phãtaſia itelligit/quare cũ nulla operatio ſi
bi attribui poſſit/niſi itellectio uel ſaltẽ p̃ſupponens
intellectionẽ:nullã igr̃ añ aiationẽ corporis hẽbit aia
ipſa operationẽ:quare neq̃ eſſe.Nõ igitur Ariſtot.il
lud ex ſententia dixit/& abſolute:ſed ut platonicos
refellat:cõditionalis.n.ſic itelligenda eſt.Si itelligere
eſt phãtaſia/uel non ſine phantaſia:non contingit ip/
ſam ſeparari nõ qdẽ abſolute:ſed anteq̃ iformet cor/
pus. Hæc itaq̃ ſecundum Auerroem inquit ipſe di
cenda ſunt. Ve℞ tamen dicit ulterius/aliter ſecundũ
ueritatẽ exponẽda ſunt uerba illa:& eſt ſecũda reſpõ/
ſio. Notat tñ primo/q̃ refert dicere: anima remanet
poſt mortem:qua aĩa eſt : & id quod eſt aia non qua
aia eſt/remanet poſt mortẽ.Prima.n.oĩo falſa eſt : &
ſecũda eſt uera:id.n.quod eſt aĩa remanet poſt mor/
tẽ:qm̃ eſt forma ſeparabilis:non conſtituta in eſſe p
ſubiectũ:non tñ hæc ſubſtantia remanet:qua aia eſt:
qm̃ ſeparata amplius non aĩat:& ſic amplius non eſt
aĩa.Hoc accepto dicit:q̃ aĩa qua aĩa eſt : non itelligit
ſine phãtaſia:qm̃ q̃diu actuat corpus:dependet a phã
taſmate:ue℞ non qua eſt ſua ſubſtãtia & intellectus/
dependet a phãtaſmate:qm̃ poſt ſeparationẽ a phan/
taſmate nõ dependet.Ex qbus inquit uerificant̃ illæ
duæ hypotericæ, Si aliquod ope℞ ꝓpriũ eſt ipſi aiæ
qua aia eſt:contingit ipſam ſeparari qua aĩa eſt.Si ue
ro nullũ eſt ope℞ propriũ ipſi aiæ:qua aĩa eſt/non cõ
tingit ipſam ſeparari/qua aĩa eſt. Ex qbus infert po/
ſtea:aiam remanere poſt corpus : non negari ab Ari/
ſtot.ſ.id quod eſt aĩa : ue℞ Ariſtotelẽ negare animã
qua aia eſt : remanere poſt corpus : qm̃ qua aĩa poſt
mortẽ nullã habet operationem. Poſt hæc tranſitad
xxii.capitulũ:in quo diſſerit an aĩa poſſit intelligere
ſine phãtaſmate:quod erat quintum propoſito℞:&
pertrãſeuntes opinionẽ Platonis:qua recitat d.Auer
roẽ tenuiſſe quod ſic : qm̃ prius q̃ intellectus uniatur
ſpheræ:itelligit ſepata:p eo℞ eſſentias. Deinde reci
tans opinionẽ Auicẽ. dicit Auicẽ. tenuiſſe intellectũ
in adiſcendo phãtaſmatibus idigere:ue℞ nõ poſteaq̃
didicit. Themiſtiũ uero/& Simpliciũ/dicit tenuiſſe
nunq̃ intellectum itelligere ſine phãtaſmate.Deinde
ipſe ſuã ponit ſententiã:quæ ſtat i hoc:q̃ aĩa qua aĩa
eſt:& ut actuat corpus : ſemp in itelligẽdo depẽdet a
phãtaſmatibus:actualiter & de preſenti:ue℞ qua in/
tellectus eſt:ſecũdũ preſens/& actu ab illis non depẽ
det:tñ ipſa ſepata nequaq̃ intelligere põt:niſi illas ſpe
cies habuerit a phãtaſmatibus.Quo fit/& ſi ſecundũ
preſens ab illis nõ dependeat:depẽdentiã tñ habet ſe/
cundum p̃teritum:intelligere nãq̃ nõ poſſet niſi ſpe
cies p quas tunc itelligit:dum fuit cõiuncta/non ha/
buiſſet a phãtaſmatibus:licet pro tunc nõ hauriat ab
illis phãtaſmatibus:neq̃ aliquo modo ſecundũ pñs
eis indigeat.Ex qbus apertũ eſt Ariſtot.recte dixiſſe/
nunq̃ intellectum ſine phãtaſmate poſſe intelligere:
qm̃ dum eſt cõiunctus : eis indiget ſecũdum actum:
dum eſt ſepatus eis indiget ſecundũ potentiã.ſ.qm̃
niſi a phãtaſmatibus ſpecies exhauſiſſet/nequaq̃ itel/
ligere poſſet. Deinde in fine illius capituli/taxat illos
qui ad mentem Ariſtotelis:nõ ponunt differentiam
inter lipopſychiã:& extaſim:ponitq̃ multas differẽ/
tias iter eas:& tandẽ cõcludit Ariſtotelem ignoraſſe
extaſim:licet lipopſychiam nouerit. Poſtea trãſit ad
xxiii.capitulũ:in quo r̃ñdet ad illas obiectiones:quas
dicit nos adducere:ue℞/ qm̃ oĩs uis ſtat in illo argu/ 84
mẽto p nos adducto i principio iſtius capitis noſtri
ſexti ideo p̃ſtringẽdo/adducã inumeras fere ſolutio
nes ſuas:quã aũt illa℞ teneat ignoro:q̃nquidem nec
ipſe intelligat/neq̃ ſciat/quid ſibi uelit. Dicamus igr̃
primo / ſecũdum eius ſententiã:q̃ nos accepimus fal
ſum.ſ.duas cõditiones requiri ad ſepabilitatem/qm̃
una ſola ſufficit:& ẽ idigere corpor̃ ut ſubiecto:ſuffi
ciẽter arguere inſepabilitatẽ:non indigere uero cor/
pore ut ſubiecto ſepabilitatẽ / ueluti apertũ eſt ex ſu/
perioribus.Ad Ariſtot.aũt tres dat reſponſiones.Pri
ma eſt ſecundũ Auerroem:q̃ ibi Ariſtot.noluit dice
re abſolute.Si itelligere eſt phãtaſia aut nõ ſine phã
taſia/non contingit animã ipſam ſepari/ſic q̃ nõ ſtet
ſine corpore:ſed q̃ nõ ſtat ſine corpore:ante eius ac/
tuationẽ:ut ſenſerunt nõnulli platonici : q poſuerũt
aiam præcedere corpus.Quare Ariſtoteles hanc opi
nionẽ impugnãs:dicit iſtud nõ poſſe ſtare qm̃ ſi aia
eſſet ante corpus:cum inq̃tum experimur itelligere
nõ abſoluat̃ in nobis a phantaſia : ipſa nullã haberet
opationẽ/quod eſt impoſſibile.& hæc ſecũdũ Auer/
roem. Secunda Reſponſio/ſecundũ ipſum & ueri/
tatẽ(ut ipſe dicit)ẽ / q̃ p illa uerba uoluit Ariſtoteles
q̃ ſi itelligere ſit phãtaſia/aut nõ ſine phãtaſia/nõ cõ
tingit ipſam aiam ſepari a corpore/nõ qdẽ abſolute/
ſed tm̃ qua aia eſt:quod qdem cõcedendũ eſt:cũ quo
tamen ſtat/q̃ qua intellectus ſepari põt.Tertia expo/
ſitio quã ſup oẽs comendat eſt: q̃ ẽt uerbum Ariſto
telis ueritatẽ continet:pro quocũq̃ ſtatu:ſi recte itel
ligat̃:qm̃ aĩa humana pro quocũ ꝑ ſtatu aut eſt phã
taſia aut nõ eſt ſine phãtaſia:ſed dũ eſt cõiuncta:actu
indiget phãtaſia:dum eſt ſepata:licet ꝓ tunc non in/
digeat phãtaſia:ſecundum pñs:indiguit tñ ipſa : qm̃
ſpecies p quas intelligit/nõ haberet : niſi dũ fuit con
iuncta exhauſiſſet a phãtaſmatibus. Cœtera ãt quæ
dicit ibi nõ multũ ſunt neceſſaria nr̃o ꝓpoſito : hæc
